quam qui non natus est. Felices patres qui dicere pos-
sunt me filius beneficiis vincit. Hec dabo alio aliquid recipiam.
non liberalitas set mercatio est. Sic qui monstris amore pu-
diciciam perdidit non inter precipites numerandus est. sic non
inter liberales qui reddit beneficium ut accipiat. Gratis
animi non lucro sed virtutis amore ad beneficium dan-
dum movetur. Non est animi levitas a cognito quod dampna-
to errore recedere. Sed superbie et stulticie est perseveran-
cia in incepto errore. Quod scilicet dixi quamtumcumque firmi
ratumque sit non est turpe mutare propositum. Qui
beneficia accipere non vult acceptus offendit. Si pa-
upertate prohibente non reddo quod accepi. non stat per me
si facultas deest. sufficit animus. Nec est referre gra-
cias quod a nolente volens accepisti nolenti reddere.
Quidam mox accepto munere aliud remittit quasi
nichil ulterius se debere testantur. Qui reddere festinat
non habet animum grati hominis sed debitoris. Qui mutuari
debet ingratus est. Nemo sibi ipsi potest beneficium
dare quia non est creditor sui debitore. sic nec
pater sui filio. Sed sibi quis beneficiendo obedit nature
sine aliqua sui caritate compositus est. Itaque non liberalis est
qui se donat. non clemens qui sibi ignoscit non mise-

No bn fact
mutare propositum